

vino os abluere, postea exiguum olæi in ore continere, & venenum exugere; spōgia quoque fovendus, cucurbitulaq; vehementer ignita, scarificato vulneri loco percusso, applicetur, venenum intus existens citius exhauritur. Expertū est etiam admodūm prodesse, si natura loci neget cujuscunq; generis remedia, quòd pars icta in fovea sub humo contenta detineatur per aliquot horas, adeoq; vndiq; eam tangat humus, ac insuper, quæ plurimū eijciatur; superioribus enim annis id Patavij fuisse expertum audivimus. Non desunt alia plurima remedia, sed hæc de comunibus auxilijs satis sint. Nunc de peculiari viperæ curatione est agendum.

DE CURATIONE  
ictus viperæ.

CAP. XXXII.



ERPENTVM morsus citam expostulant curationem, quamvis in ea Antiqui plurimum evacuāt, ut in singula anguium genera singula remedia præciperent, atq; alijs alia, sed in omnibus eadem maximè proficiunt Imprimis igitur super vulnus membrum vinculis constringendum est, non tamen ni-